

EXAM IN LAT2408 Roman Fictional Prose SPRING 2014

The exam paper consists of 2 pages.

Tuesday June 3rd (4 hours) **No reference works allowed**

All questions must be answered

Question 1

Translate into English from Apuleius' *Cupid & Psyche* V.24:

at Psyche statim resurgentis eius crure dextero manibus ambabus adrepto sublimis evectionis appendix miseranda et per nubilas plagas penduli comitatus extrema consequia tandem fessa delabitur solo. nec deus amator humi iacentem deserens inuolauit proximam cupressum deque eius alto cacumine sic eam grauiter commotus adfatur: 'ego quidem, simplicissima Psyche, parentis meae Veneris praeceptorum immemor, quae te miseri extremique hominis deuinctam cupidine infimo matrimonio addici iusserat, ipse potius amator aduolaui tibi. sed hoc feci leuiter, scio, et praeclarus ille sagittarius ipse me telo meo percussi teque coniugem meam feci, ut bestia scilicet tibi uiderer et ferro caput excideres meum quod istos amatores tuos oculos gerit. haec tibi identidem semper cauenda censebam, haec beniuole remonebam. sed illae quidem consiliatrices egregiae tuae tam perniciosi magisterii dabunt actutum mihi poenas, te uero tantum fuga mea puniuero.'

PLEASE WRITE CLEARLY WITH PEN



Question 2

Translate into English from Petronius' *Cena Trimalchionis* 57:

ceterum Ascyltos, intemperantis licentiae, cum omnia sublatis manibus eluderet et usque ad lacrimas rideret, unus ex conlibertis Trimalchionis excanduit – is ipse qui supra me discumbebat – et: 'quid rides' inquit 'vervex? an tibi non placent lautitiae domini mei? tu enim beatior es et convivare melius soles. ita tutelam huius loci habeam propitiam, ut ego si secundum illum discumberem, iam illi balatum clussem. bellum pomum, qui rideatur alios; larifuga nescio quis, nocturnus, qui non valet lotium suum. ad summam, si circumminxero illum, nesciet qua fugiat. non mehercules soleo cito fervere, sed in molli carne vermes nascuntur. Ridet. quid habet quod rideat? numquid pater fetum emit lamna? eques Romanus es: et ego regis filius. "quare ergo servivisti?" quia ipse me dedi in servitutem et malui civis Romanus esse quam tributarius. Et nunc spero me sic vivere, ut nemini iocus sim.'

Question 3

- a. Both *Cupid & Psyche* and *Cena Trimalchionis* form parts of larger works. Which ones?
- b. Discuss which genre(s) these works belong to; which genres/authors seem to have influenced Apuleius and Petronius?